



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 74. Carolus Ausgrani coronatus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI. tinum & Saxonicum, qui faustum Cæ-  
 A.C. 1520. sari adventum gratularentur: hos er-  
 go Carolus summa honorum significatio-  
 ne excepit, ubi maxime jucundum erat  
 videre, quod Saxonizæ Elector in cunctos  
 submissionis ac reverentiæ modos erga  
 Cæsarem se effunderet, vicissim vero,  
 quo humilior ille erat, eo ardentius Cæ-  
 sar suæ in eum amicitizæ testimonium ex-  
 hibere, illumque honorum, ac benevo-  
 lentizæ significationibus cumulare certa-  
 bat, nunquam grato satis animo testifica-  
 ri valens, quot titulis suam eidem electio-  
 nem in acceptis referret.

*Anton. Vera*  
*l. c. p. 58.*

## §. LXXIV.

*Carolus Aquisgrani coronatus.*

*Anton. Vera* Paulo post Cæsar Gandavo profectus A-  
*l. c. p. 59.* quisgranum petiit, adhuc magis mag-  
*Relatio Cor.* nifico, quam quo in Flandriam venit, co-  
*Carol V. per* mitatu stipatus; cuncti enim Ferdinandi  
*Hartmanum* fratris sui Proceres sese illi adjungebant,  
*Maurum Ca-* & integra leuca S. R. I. Electores eidem  
*merce Imper.* obviam procedebant, hosque sequeban-  
*assessor.* tur centum triginta Principes, Duces,  
*Slesdan.* Comites, Marchiones, præter plusquam  
*tom. 1. 2.* duceos ex prima Germanizæ nobilitate  
*p. 57.* Magnates. Demum vigesima tertia Octo-  
*Petr. Angl.* bris coronationis solemnia agebantur,  
*epist. 699.* eodem nimirum die, quo Solimanus de-  
*t. 1. p. 441.* functo Selimo Constantinopoli inaugura-  
 tus

tus est, & ipse Carolus primæ coronatio- Sæcul. XVI.  
 nis suæ solemnia celebravit, ac Caroli A.G. 1520.  
 Magni diadema suscepit: cum vero in  
 Diœcesi Leodiensi, cui Aquisgranum sub-  
 jacet, eo die nulla festivitas incideret,  
 quæstio movebatur, an præter diem fe-  
 stum, vel Dominicum ejusmodi solemnia  
 feriali die decenter celebrari possent, fa-  
 cili tamen negotio Episcopus dubium dis-  
 solvit, hunc diem per totam urbem pro  
 festo habendum esse decernens, idque a  
 cunctis S. R. I. Electoribus, Principibus,  
 ac Proceribus ad hæc solemnia confluen-  
 tibus ratum habebatur.

## §. LXXV.

*Agitur de Austriæ statibus Ferdinan-  
 do Cæsaris fratri cedendis,  
 de ejusque connubio.*

Altera die solemnitas alia non minus  
 magna agebatur; Imperator  
 enim solio suo insidens, cunctisque cæ-  
 sareæ dignitatis insignibus ornatus Fer-  
 dinando fratri suo Hispaniæ Infanti om-  
 nes, quotquot a Philippo Patre suo hæ-  
 reditario jure acceperat, Germaniæ sta-  
 tus cedebat, præsentibus cunctis Ele-  
 ctoribus, Principibus, aliisque Magna-  
 tibus, cujus cessionis nomine Ferdinan-  
 dus Austriæ Archidux salutabatur. Po-  
 stea Imperator adhuc in Throno sedens